Mayno s. Maino (Jasonis de) Oratio in matrimonium Maximiliani regis et Blancae Mariae Reginae Romanorum.

Basileç Anno nonagesimo tercio.

Hain Repert. bibliograph.
N° *10.972.

Oratio Jasonis nitidissima in sanctissimũ matrimonium fœlicissimasq̧ nuptias Maximiliani regis & Blancę Marię Reginę Romanorum.

Earundem Faustarum nuptiarum Epithalamion Sebastiani Brant.

Cornelius niger augustensis Hippolito Cęlestino. S.P.D. Cupis ex me scire quid sentiā: quid ve spei nobis esse possit. de Maximiliano rege nr̄o: mentē meā paucis accipe: Visus est mihi Rex: primū erga deum immortalē in diuinis officijs plurimū esse deuotus. deinde in hoīes quoslibet mansuetissimus. pientissimus. benignissimā prębens audientiā: seruata semper mira in omnibus grauitate: modestaq; & incredibili morum gestuūq; cōpositione: Visus est postremum iusticię ac pacis amator: quippe qui bella/lites/simultates/dissensiōesq; germanoꝝ principū: auctoritate ac virtute sua: e medio sit ablaturus: nec diucius passurus: intestinū odiū & tirannicam omni iure & iusticia suppressa persecutionem. quam nō solū in ciues. sed & in clerū religiososq; sæuicia & depredatiōe: contra dei proximiq; caritatē (sine qua nemo beatus erit) nostris diebus misere vidimus exerceri. Confidimus autem. vt pacata per Maximilianū Germania: multisq; iniurijs extinctis/ac varia in dei ministros crudelitate sospita: nihil aliud maiestas sua sit cogitatura. quā vt in thurcos/christianissima iustissimaq; bella gerat (p̄sertim cū in armis strenuissima: militariq; disciplina sit excercitatissima) veluti eum Iason in oratione sua nupciali (quam hic lecturus es) suauiter exhortatus est. Vale ex Campidona quindecimo Kl'. Maij Anno christianorū. M.CCCC.XCIIII.

Iasonis Mayni iureconsulti equitis Ro=
mani Cęsarei & ducalis senatoris: ac du
calem legatū in germania gerentis: Ad
serenissimum Maximilianum: inuictissi
mū Romanorū regem: in auspicatissi=
mis eius & Augustę Blancę Marię nu=
ptijs Epithalamion.

CRedimus Serenissime Rex & inuictissime
Cęsar: fœlici aliquo sydere processisse: vt
nos qui anno supiore: pro inclytissimis me
diolanensium principibus: gratulatoriā Romę ora
tionem habuimus ad Alexandrnm sextum Roma
num pontificem: nūc etiam eorundem legati: ad te
Romanorū Regem maximū: haud imparē simus
orationem habituri. Vos estis duo mundi lumina=
ria magna: pastoralis auctoritas & Cęsarea pote=
stas: prima & summa christiani orbis capita: & prę
cipua vniuersę terrę fundamēta: Aequū fuit & con
sentaneū: nos qui diuorū principū nostrorū iussu:
eum qui spiritalibus pręest salutauimus: anno nūc
reuoluto te qui temporalibus pesses salutare: De=
tulimus principū nostrorū mādato: sicuti catholi=
cos decebat: pontificię beatitudini & aplico thro=
no perpetuę obedientię & sincerę deuotiōis cultū.
Eorum nomine cęsareę nūc maiestati: inuiolabilis
fidei & immortalis obseruantię pignus deferimus.
Nos etiā (sicuti par est) speramus: vt queādmodū

a beatissimo sacrorum omnium antistite: & Reue= rēdissimis ecclesię militātis cardinalibus: voces no strę clementer admissę fuerunt: ita nunc a serenissi mo Romanorum Cęsare: & illustrissimis germanię principibus: verba nostra benignis auribus excipi= antur. Nec tam inculti sermōis nostri exiguitas est attēdenda: quā mittentium pronus ad omnia ani= mus / pręcipua fides / & singularis obseruantia cōsi= deranda. Gratiora quoq; quęcunq; a nobis in pre= sens proferentur fore confidimus: quod inter Cę= sareum: culmen & excelsos Mediolanēsium princi pes e necessitudinis & affinitatis vincula sunt con= tracta: per has sanctas maritales tędas: & hūc fœ= licem hymenęum: vt cuilibet vel tenui eorum nun= cio: non paruę gratię locum: sperare liceat.

Quicūq; Rex eminētissime: egregia et summa Au= gustissimarum laudum tuarum pręconia: vel oran do / vel scribēdo celebrare voluerint: vel potius ce= lebrata et tociens decantata contemplari: aut re= ctius contēplando admirari / et secum obstupesce= re: facile intelligent: nihil tibi vlla ex parte deesse: quod vel a natura / vel a virtute / vel a fortuna sit expetendum: quin ea omnia sis cumulatissime consecutus: quæ ad assequendam omnem pręsen= tis sęculi fœlicitatem spectant. Nec tuas maximas

et ĩmortales laudes ab vno aliquo riuulo ſcaturire inueniẽt: ſed ex varijs &vberrimis fontibus habun de manare. Natus es gẽte Auſtrię: domo inclyta et celebratiſſima: quę tot Regum & Imperatorum mater: ſæpe etiã pannonię: ſæpe Boemię: quãdoq; Polonię reges dedit. ex gente Auſtria vndequaq; occurrũt Rodolfi/Herneſti/Leopoldi/ Henrici Ottones/Alberti/Sigiſmundi/Frederici: fœlices & candidiſſimę animę huius excelſę familię: quarum virtutem: illuſtria geſta: celebreſq; victorias: admi rari magis q̃m recenſere æquum eſt: & veneratione pocius q̃m commendatione complecti. Rodolfus Auſtrius romanorum Imperator: Bononiam amplıſſimam italię ciuitatem: & totã flaminiam eccleſię Romanę dono dedit. Et Otthocarũ robuſtiſſimum Boemię regem: qui Auſtriam et Styriã: romano imperio ademerat: tandem vario & ancipiti bello victum interemit. Albertus Auſtrius tercius Pannonię: et ſextus romanorum Rex: tibi patruus magnus: quom in hũanis ageret Martis filius et belli fulmen ferebat̃: p̃ter cętera pręclara facinora Huſſitas ferociſſimos Boemię populos: eccleſię catholicę nõ minus impias et hereticas ſectas: quam ſęua et horrenda bella mouẽtes: non modo ſuper auit: ſed quaſi malleus quidam omnino contriuit: Fredericus Auſtrius tercius huius nominis Imperator genitor tuus pientiſſimns in omni probitatis

et glorię genere / etiam priscis quibuscunqꝫ confe=
rendus : Heleonoram / Heduardi / Lusitanię re=
gis filiam : et Alphonsi / hyspanorum prȩclarissi=
mi regis neptem / coniugem duxit nobilissimam :
Augustamqꝫ serenissimam • Vnde sibi omnes Lu=
sitanię & Hispanię potentissimos reges / affinita=
te deuinxit. Ex ea te Maximilianum filium suscę=
pit : quem semper (vt par est) charissimum habu=
it : non tam exeo : quod vnicum haberet : quam
quod vnicę spei / ac vnicę / et mirę / fores expectati=
onis : & vnicus / vt paternarum laudum / ita pater=
ni imperij futurus indubitatus successor. Tibi no=
men Maximiliano / parens indidit : non sine quo=
dam diuino instinctu : vt Plato attestatur. Quod
duo significat. Maximum / et Aemilianum. Ambo
romani : militarium copiarum præstantissimi du=
ces / & triumphales viri. Maximus enim Fabius /
Romanum imperium pene desolatum : aduersus
Hannibalem Pœnum / cunctando restituit. Aemi=
lianus vero Scipio : Hasdrubale tandem deuicto :
Charginensem triumphum egit. Vtriusqꝫ tibi no
men copulatum est : vt quamuis alterum ęquas=
se fuisset gloriosum : tamen vtrunqꝫ nomine refer=
re : & utriusqꝫ prȩstantiam superare : esset tibi mul=
to gloriosius. Illi romanum imperiū aduersus gen
tes Barbaras defenderunt : et de hostibus profli=

gatis celebrem triumphum egerunt. Tu quoq; romanorum Rex suprȩmus: non solum Romanum imperium (cui merito prȩes) sed et vniuersum populum christianum / aduersus thurcanicam barbariem (quæ diutius grassata est) proteges: et prostratis deletisq; funditus nequissimis orthodoxȩ fidei hostibus: et christiana dignitate / ac fide catholica in pristinum decus restituta: non solum terrestre tropheum reportabis. sed etiam cȩlestem triumphum / cũ immortali gloria / et sempiterna salute consequeris. Hȩc sunt generosa semina / et illustres radices: quibus tam fœliciter in lucem editus es. natiõe germanica / omnium vt amplissima / sic et nobilissima: quæ non immerito Alamania quasi ala magna nuncupatur. gente Austria non modo vetere et heroica / verumetiam regia et imperiali: patre imperatore gloriosissimo: Matre ex regia prole / et augustissima. Tanta est tuȩ sublimissimȩ originis amplitudo: vt iam nihil tibi amplius / posse honoris addere / imperinm videatur. quod etiã nascendo meruisti: cum ex imperio ita prodieris: vt ad illud assumptus: non tam instituí: quam in eo persistere credaris. Quos de te successus tam fortunatissimi partus / stirpis adeo egregiȩ: præstolari iure optimo mortales poterant: longe semper excellentiores præstitisti.

Parum enim fuiſſet prǫclaris naſci parentibus: niſi illorum ſplendor augeretur. Et quanto eſt maio=rum vita prǫclarior: tāto poſteriorum ſecordia fla=gitioſior. Cum Alexandro Macedoni ſodales ſæ=pius dicerēt: tot et tanta tibi relinquet pater. Quid prodeſt inquit ſi multa relinquantur nobis / cū ipſi agamus nihil. Philippum Macedonū regem Ale=xandri patrē: Theophraſtus & Plutarchus tradūt non ſolum genere et dignitate regia: ſed etiam vir=tute et moribus: maiorem cǫteris regibus / modera tioremq́ꝫ extitiſſe. Fuit tibi ſemper prǫcipue curǫ: vt non minus imperio: quam patre imperatore di=gnus reddereris. Vera iſta ſed rara fœlicitas eſt: fœ licitate ad quam quis genitus ſit: ſe quoq́ꝫ meritis et proprijs virtutibus dignum efficere. Tecum ſe=dulo cogitabas / qualem te euadere oporteret: vt maxime parentum glorię reſponderes: et ſemper clarior euaſiſti: quam opinione conciperes. Cœpe=runt prǫlucere in te adhuc iuuene virtutes ſingulæ imperatorię: clementia / liberalitas / cōtinentia / mo deſtia / iuſticia / prudentia / fortitudo / magnanimi=tas / et tales quidem / quales vix vnquam eciam lon go ſenio confecti nanciſcuntur. Viſus es honorem regium: virute prius quā ǫtate prǫueniſſe. Viſus es ǫuo immaturus prius meritis ad imperium quā an=nis maturuiſſe. Vix dum puer: fœlicia omnia quǫ tibi obueniebant ad dei dignnitatem referens: cœ=

pisti pro christiana re publica esse sollicitus. Con=
cepisti tacitus animo a teneris vsq₃ vnguiculis: futu
ram expeditionem aduersus sęuissimam et truncu
lentissimam thurcarum insolentiam. non minus te
ipso quam christiano principe dignam: et eo qui=
dem principe: qui ceteris christianis pricipibus pre
esse proculdubio speraretur. Inter crescente etatis
tue adolescentia: quasi inter virtutis et fortitudinis
tue rudimeta: Francos/Eburones/Sicambros/ Ba
tauos/Morinos/non minus sapienter quam forti=
ter profligasti. Reportasti sub viridi iuuenta varias
celebresq₃ victorias: quas longo etiam ęuo obtinu=
isse fuisset gloriosum. Taceo quę nimiu omnibus
nota ac trita sunt: quanta sit tibi rei militaris disci=
plina: quanta disponedis militu copijs ratio: quan
ta castrensium laborum pacientia: quanta vigilan=
tia: quanta solercia: quanta ductandi exercitus pe
ricia: quanto animi ardore: quato corporis robore
res bellicas tractes. Prętere a actas sub pellibus hy=
emes: ęstates inter bella sudatas: quotiens excubi=
as egeris: speculatu sis egressus: castra metatus: &
omnium castrensium munerum numeros obieris:
ac vniuersa optimi militarium ordinum imperato=
ris officia compleueris. Neq₃ vero te castrensia ne=
gocia: aut bellicę artes: a litterarum comercijs ab
duxerut: quibus impense incubuisti: cum intellige
res litteras esse virtutum omnium magistras/ & co=

pertum haberes Cęsaream maiestatem non minus litteris: q̃m armis præstare oportere. Neminem decet plura scire q̃m principẽ: qui sicuti plurimis pręest / ita plurimos debet prudentia antecellere. Demetrius Phalereus: Ptholomeũ regem monebat / vt legendis libris sedulo vacaret. Quæ enim amici non audent reges monere: librorum lectione erudiuntur. Fortunatas esse respublicas Socrates & Plato attestantur: quarum principes sapientię studijs vacant. Prudentia cęterarum virtutũ dux est: qua aurigante: imperij habenę consultissime moderantur: hac duce nihil temere / nihil insipienter agitatur. Karolus quartus eius nominis / Romanorum imperator / dum constitutiones de regum et imperatorum creatione ederet: illud pręcipuum statuit: vt qui ad Cęsaream dignitatem aspirat: etiam variarum linguarum periciam teneat. pręsertim Latinę / Italicę / Gallicę / Liburnicę & Germanicę. Tu has omnes adeo calles: vt quacunq̧ loquaris: tibi sic domestica reddatur: quasi eam inter teneros nutricum amplexus imbiberis. Mithridates Rex Ponti / vel ex eo apud veteres nõ parum commendatur / quod variarum linguarum quibus pręerat meminisset: & singulis sine interprete responderet. Accedit totius corporis dignitas / & elegantia: quæ plurimum de cęlo traxisse creditur: & virtutibus gratiã: vł (vt Pythacus inquit) suffragium

addit valida membrorum internodia: Lacerto=rum robur: lati pectoris firmitas: maiestas vul=tus: regium supercilium: quidam imperatorius o=culorum vigor: vt appareat / naturam / heroicum totius corporis decorem indulsisse: qui te impe=rio dignum ostentaret. Hic generis tui imperato=rius splendor: hęc tam pręclara adolescentię tuę facinora: peculiares animi et corporis dotes: ra=rę admodum / ac propterea admirabiles: Karolū Burgundionum ducem / ac Belgarum regem fortis=simum facile adduxerunt / vt ei assentiretur: quod post obitum / per diuam eius consortē / & primates effectui est demādatū: vt Mariā filiam vnicā: mul tarum gentiū & nationū futurā heredem: tibi vix pubescenti: matrimonio copularent: ex qua / prius q̄m immaturo lœto occumberet: Philippū / & Mar garitam / cęlestes liberos suscępisti. Hæc ingentia merita: mouerūt Germanos principes / sacri impe rij electores: vt vnanimi consensu: omniūq; suffra=gijs: te in Romanorum regem: mox futurum impe ratorem legerent / & salutarent: inter admirabiles populorum acclamatiōes / congratulatiōnesq; pub licas. Magna tua laus est: sed maius meritum: tā sincerum / et integrum: tot præstantissimorum e=lectorum iudicium reportasse. Nec multo inferi=or eorum laus: quin optimi censeri debeant: cū de optimo pricipe / optime ꝓspexerint. Sed p̄stat /

bene mereri quam in bene meritum conferre digni tatem . Alterum enim solidę virtutis est: alterum iudicij quamuis cum prudentia coniuncti. Interea cœpisti animum denuo ad rem maritalem flectere: cum meminisses: ꝙ matrimonium est venerabile fi dei et honestatis templum: suauissimũ vitę condi= mentum: consensio quædam cœlestis: cõsortiumq; diuinum: humanos affectus et sẽsuales appetitus: inter legittimam cõnubij copulã: maritali lege co= hercens: et intra diuinos sanctissimi coniugij limi= tes cohibens: ne soluti et infrenes: ferarũ ritu in va= rias cupiditatum illecebras euagentur: et in quæcũ q; voluptatum pręcipicia debacchentur . Deus re= rũ omnium conditor et fabricator hominẽ veluti si mulacrum suum formauit . Et quod erat maximũ diuini opificij: ei soli sapientię gratiã inspirauit. So lus homo ratiõis capax: mente et prudentia prędi= tus linguę et sermonis copia dotatus: solus etiã nõ vt cętera animantia inhumum prostratus. sed ere= cto corpore et sublimi facie formatus est; et quasi terrenis neglectis: ad supernarũ rerũ speculationẽ est effectus. Cum autem homini deus rationis et in tellectus lumẽ infudisset: quo longe cęteris animã= tibus præstat: & sentiendi atq; eloquendi virtutem cõcessisset: qua carent cętera animantia: quæ mu= ta sunt et ratione carentia: statuens humani gene= ris conseruationi: & propagationi cõsulere . etiam

salutarem modum adinuenit: quo a feris distaret. Non enim per promiscuos et indiscretos concubitus / ferino ritu: humani generatiōi studendum esse voluit: sed per sanctū genialis thori matrimoniū. Deus ergo marem et fœminam in matrimonium: hoc est in corpus vnum: indissolubili vinculo coniunxit: vt essent humanę diuinęq́ꝫ vitę perpetuo socij. Diuina prouidentia per hoc sanctum legitimiq́ꝫ coniugij fœdus: et cęleste matrimonij sacrmentum: vniuerso hūano generi prospexit: ne eius dignitatem: ineuitabilis conditio instantis mortalitatis extingueret. Qui igitur extra religionum claustra: et extra celibatum: in hoc sęculo viuere proponunt superna lege: duce ratione: et sicuti hominem decet: castissimum sanctissimi coniugij sacramentum obseruent. Qui secus faciunt: a recto rationis calle: et bono hominis sensu alieni: vitam pecudū sub humana specie viuere creduntur. Nō ab re Dido virgiliana: troiano Aeneę exprobrabat. Non licuit thalami ęxpertem: sine crimine vitam: Degere more ferę. Fecisti ergo sacer Rex (vt relinquam omnia) consultissime de matrimonio cogitare: sicuti christianū regem diuinæ legis memorē decebat. Sic enim tuo generi: tuæ familiæ / ac posteritati: regno & īperio consultū esse voluisti: & ꝑ dulcissima pignora tā generis claritatē q̄m noīs memoriā in posteros lōgius ꝓpagare: offerebanť tibi nō

ſolum a germanis principibus. ſed ex vniuerſo pe=
ne terrarū orbe a regibus quibuſcunq; maritales te
dę. Nemo enim eſt tam alto ſolio cōſtitutus : qui
non exiſtimet ſe ex tua affinitate altius multo ſub=
leuari. Sed tu animum adieciſti ad Blancam Mari
am Vicecomitem Auguſtam: in qua virginalis pu=
dor cum matronali grauitate coniunctus: omnium
voluntates quam facile promeretur. Incertum ta=
men videri poſſet: an diuino cōſilio : an tua prudē
tia proceſſerit: niſi quod ad deum optimum maxi
mum bona omnia ſunt referenda. Agitur nunc an=
nus octauus & viceſimus ſupra centeſimū: quo Le=
opoldus dux ſeptimus Auſtrię: proauus tuus: illu=
ſtrem dominam viridem primogenitā inclyti Ber=
nabouis vicecomitis: Mediolani domini: vxorē du
xit: ex qua quinq; liberos ſuperſtites reliquit: inter
reliquos ſuſcępit Diuū Herneſtū ducem Auſtri=
um patrem ſereniſſimi imperatoris Friderici geni=
toris tui. Hinc liquet: inter Auſtrios & vicecomites
renouatā nunc eſſe & non inſtitutam affinitatem :
et neceſſitudinis vincula inſtaurata pocius q̄m con
tracta. Quom de hoc fauſto fœliciq; matrimonio
verba ad te Maximilianū referenda ſūt: oporet tu=
am admirari prudentiam: quom vero ad Blancam
Auguſtam: fœlicitatem. Neq; enim illa excelſiorē
virum in toto orbe: aut præſtantiorem nedum ſpe
rare: ſed nec deſyderare poterat: neq; tu meliorem
aut moratiorē virginē reperire Blancha: re & no=

mine/non ſolum membris:ſed & moribus & vita: naturæ & corporis muneribus:fortunę & animi bo ni: prędita eſt:his pręſertim quæ in virgine pręci= pua habenda ſunt:pudore: pudicicia: probitate: venuſtate: & ingenij acumine. Quãuis illuſtri ſan= guine paterno & materno genita: & chriſtianiſſimi Francorum regis conſobrina: tamẽ in tęla: in acu: in phrygijs operibus: & in omni mũdo muliebri in ſtructa: & tanquã a Pallade edocta: Priſcã Lyda= rum & Cariarum mulierum gloriam excellit. Gra= tia oris eximia: forma totius corporis procera & e= leganti: & his liniamentis: a quibus Zeuſis pictor cantatiſſimus: facile omnem pingendi venuſtatem vt a virginibus Crotoniatibꝰ poſſet excerpere. Pro pter has eximias dotes: a varijs principibus & regi= bus in matrimoniũ vndequaqꝫ depoſcebatur. Ma= ximam enim in eo fœlicitatem nobiliſſimus quiſqꝫ reponebat: ſi hanc in coniugem aſſequeretur. Pri= mum Philiberto Sabatenſium ducis filio deſponſa ta eſt. Sed ille ęuo immaturus: in rapida fata con= ceſſit. Tres ſubinde regũ nuptiales tedę oblatę ſũt. Mathias Pannoniarũ rex glorioſiſſimus: eam Io= hanni Coruino vnico filio deſpõderi curauit. Sed Mathia vita functo: multa quæ animo conceperat de futura filij in regnum ſucceſſione in irritum ceſſe re: quæ faces himenęas prohibuerũt. Iacobus Stu= ert Scotienſis: primæ iuuentę adoleſcens: qui inſu= læ Britanię imperat. qua parte in ſeptemtrionẽ ver

git: hanc in consortem thori sociã expetiuit. Vladislaus Boemię imperitans: qui pannonico regno successit: haud impar Mathię gloria futurus: ꝑ crębros internuncios: in vxorem diucius sollicitauit. Sed eras his omibus longe superior Maximiliane: in christianos reges cęsaream maiestatem obtinẽs: cui vt genere et potestate: ita virtute et probitate par in toto terrarum orbe: reperiri nõ posset. Tibi ab ęterno destinata est: non solum vna in carne pro diuino pręcepto: sed etiam vna mente futura. Tibi est indissolubili sacri cõiugij vĩculo copulata: quod vt fœlix & faustũ est: ita in annos Nestoreos: & vltra Pyliam senectutem vtrinq; producatur. Tecum fœliciter omnem vitę suę cursum transiget: æque laborum & curarũ / atq; honorum futura socia. Nec tam potentiam tuam: q̃m ipsum te perpetuo reuerebitur. In dotẽ constituta sunt quattuor centena milia auri nummi. Insuper in parapherna aduecta est summa aureorum sexaginta milium: pro iocalibus / vestimentis / p̃ciosa supellectili / & reliquo mũdo muliebri. Visa est tamẽ natura rerum omnium parens: ex industria illam Principum & Regum cõtentionẽ: in Augusta virgine ambiẽda / ac certatim deposcenda instituisse. Ne cõfestim tui thalami socia constitueretur: sed quasi per aureos Principum et regũ gradus: altius ascẽdens: tandẽ ad suprema tuę Cęsareę aulę fastigia deduceret: quibus nihil in humanis excelsius reperitur. Huic tanto matri=

monio etiam numina & sydera applausisse liquet: Nam quod vix alias nisi diuinitus factū credi posset. Serenissima Regina & comitibus / media hyeme longum iter ad maiestatem tuūm facientibus: nullę vnquam pluuię: nullę e cęlo niues deciderūt. Non frigora: nō obduratę glacies quasi rigoribus contractis obstiterunt. Quinetiam plęrisq; itineribus pulueres quasi ęstiui affuerunt. Solis radij diuina augustę specie delectati: & montanis & campestribus locis quottidie circūfulserunt: & vltra rationem hyberni temporis incaluerunt. Rheticę alpes cœlo vicinę / quæ Germaniā ab Italia disterminant asperrimę & quasi inuiei: n Augustę transitu subsedisse & quasi se inclinasse visę sunt. Posteris hęc fortasse mira et incredibilia videbuntur: et tamē sunt re ipsa verissima. Nā terrarū dominę: terras quascunq; obsequi congruum fuit: & æquum cęlesti formę: cœlitus ista indulgeri. Excitauit te non parum Rex sacratissime ad has sacratissimas nuptiales tędas / facesq; diuinas: sapientissimi principis Ludouici Marię Sfortię vicecomitis: reginę patrui ratio: quem magnis ex causis tibi maiori beniuolentia et arctiori affinitate iūgere desiderabas. Lucius Sylla cognomento fœlix: inter maximas suas fœlicitates / Pij Metelli amiciciam ducebat. Repetis memoria ciuitates / populos / ac naciones / quę ab imperio pręsertim per Italiā defecerunt. Non ignoras quā altissima sit Diuus Ludouicus prudētia: quam im=

mensa sapientia. Quo diuino ingenii acumine ex=
cellat. Quanta animi magnitudine prestet. Quan=
tam rei militaris scientiam teneat. Quantū aucto=
ritate polleat: quantū gratia. Non ignoras ꝙ non
solū Mediolanense imperiū moderat̄: verumetiā
ceterorum Italie principū & regum vota pro arbi=
trio disponit. Non ignoras diuum Ludouicū esse
rerum Italicarū arbitrum. Quod in eius manu sit:
pacis aut belli: Iani aut Martis postes reserare. Nō
est tibi obscurum: quāto vsui et emolimento / Di=
uus Ludouicus esse possit Cesaree maiestati ꝓ im=
perio reintegrando et amplificādo. Stimulat te nō
paꝝ desyderata diutius in Thurcas expeditio. Sed
recolis: retro actis sæpe tꝑibus: tam piam expeditio
nem: propter Italicas seditiōes / varioscꝫ tumultus
fuisse impeditam: qui etiam Romanos pōtifices &
sacros Cardinales retardarunt: Diuus Ludouicus
Italice pacis nō solum auctor: verūetiam cōserua=
tor: quascūcꝫ huius sanctissimi voti tui occupatio=
nes: ex Italia facile dissoluet: & quecūcꝫ obstantia
amouebit. Nō solēt planete: nisi geminent̄ magnū
aliquid moliri. Sed vbi cōiungunt̄: vt Saturno Iu=
piter: aut Sol / Mercurio: magnos in terris effectus
portendunt: per Blanchā Augustā: vipera Aquile
tonantis aliti colligat̄: & Ludouicus tanꝗ̄m Mercu
rius: Ioui / hoc est Maximiliano terraꝝ domino cō
iunctus est. Sicꝫ sapientie & potentie influxus sūt
cōglutinati: vt mirabiles & fortissimos: maximarū

rerũ euentus/nõ incerta ſpei ratiõe liceat expecta=
re. Occurrebat& aliud animo tuo: velut ex alta ſpe
cula longius ꝓſpicienti: ꝙ q̃muis Cęſarea poteſtas
ſit in orbe/luminare magnũ. eget tamẽ ſæpenume
ro altero lumiãri / ſcilicet põtificia poteſtate. Huic
indigẽtię / ſuccurret Reuerendiſſimus ſacroſanctę
Romanę eccleſię Cardinalis Aſcanius Maria Sfor
tia vicecomes: alius Reginę nr̃ę patruus. Qui quã =
tum apud apoſtolicã ſedem: & ſacrũ cardineum ſe
natũ/ prudẽtia/ auctoritare/et gratia valeat ac ex=
cellat: vt ipſe taceã: omnibus etiã extra Romanam
curiã exploratiſſimũ eſt. Vt primũ diuus Ludoui=
cus de hoc tãto cõnubio regiũ nunciũ accepit: tan=
q̃m graui ſomno excit⁹: cœpit magis ſtupidus quã
lętus eſſe. Multũ ac diu ſecũ cogitãs: & animo taci
tus volutans: tandẽ nõ aliunde quã a deo maximo
bonorũ oĩm largitore: tantũ munus acceptũ habu
it: et maxĩas omnipotẽti deo ſupplicatiões & gr̃as
egit. Dum hęc agunt: et iam Fridericus genitor tu
us colendiſſimus: lõgo ſenio cõfectus naturę cõceſ
ſiſſet: Thurcarũ menſe ꝓximo Octobris multa mi
lia in Croatiam deſcenderũt. Non paruã ſtragem
ferro et igne/cũ ingenti prędachriſtianis intulerũt:
decem ferme milibus partim cęſis: partim pecorũ
ritu abactis. Sed Croatii proprię culpę pęnas lu=
erũt: eo quod auxiliares germanorũ copias: p̄ſtola
ri neglexerũt. Ea clade tu ſollicitatus: mira celerita
te quindecim milium equitum ac peditum exercitũ

contraxisti: postposita omni alia cura / quãuis ad=
modum graui. Tanta trepidatione tuum celebra=
tissimũ nomẽ Thurcas affecit: vt quã primũ eorũ
auribus etiam ex lõginquo intonuit: turpem fugã
arripuerint. Alij quicũq exercituum duces hostiũ
fuga exultassent. sed votis tuis fuit contraria & in=
imica. Nam cum manum cum perfidis hostibus a=
perto Marte conserere quã maxime desiderares:
& nihil magis timeres quam ne nimium timereris:
illis ante tuum acceleratum aduentum in pręcipitẽ
fugam versis: tibi celebrioris victorię materiam ere
ptam indoluisti. Tecum tamen fœliciter Rex gene
rosissime actum est: ꝙ eodem tempore: & ad impe
rium vocatus: & ad thurcarum arduam expeditio
nem es accitus. Quam speciosum est & ad publicã
disciplinam accomodatum: per aduersa & obstan=
tia ad res secũdas euehi. In rebus asperis virtus exa
gitata perficit: & perfecta vndiq cognoscit: et co=
gnita splendorẽ et gloriã lõge lateq diffundit. In
ipso imperij tui limine nactus es pulcherrimã occa=
sionẽ ostentandę virtutis tuę: vt per difficilima bel
la clarior indies & celebrior reddaris: et tuis genero
sis operibus te: tanto sceptro dignum ostenderes.
Quã illud tibi gloriosum est: ꝙ eo tempore impe=
rij potestas ad te peruenerit: quo pręcipuũ impera
toris munus pręstare possis: & lautas opes ac ma=
gnitudinem imperij: non ad priuata sed publica cõ
moda: publicamq salutẽ conuertere. Alius fortas=

se calamitosis tpibus se īperii fasces suscepisse gra=
uaret. Tibi maxime cędit voluptati / ꝙ in ipsis im=
perii primordiis: simł incipies & īperii habenas su=
scipere: & in rerū discriminibus exerceri. Generosi
et strenui animi est: malle in castris & assiduis peri=
culis esse: quā in deliciis uersari. Quod si apud gen
tiles philosophos / & apud Ciceronē eloquētię prin
cipem traditū est: omnibus qui rempublicā auxe=
rint / iuuerint / defenderīt: certū esse in cœlo diffini=
tum locū: in quo beati sempiterno ęuo fruant. tibi
quom vniuersā rempub. christianā iuueris: & e fau
cibus spurcissimi & truculētissimi hostis eripueris:
quas nō elysias beatorū sedes? quę nō cęlestia loca
parata credemus? Scio Rex inuictissime / multos ti
bi deberi titulos: nullū illustriorē ac diuturniorē ex
pectare potes / quā si fędā & impiā thurcaꝝ gentē /
barbarā & pestiferā: ex christiāoꝝ ceruicibus excus
soris / eāqꝫ extermiaueris / fūditusqꝫ deleueris. Quę
hactenus gessisti: & si p̄clara sūt & illustria: talia ta
men sunt / vt hūana aliq̄ excelsa virtute cōfici potu
isse credant. sed quod nunc infracto animo / aduer
sus Barbaras nationes es adorsus: a nemine hacte=
nus perfici potuit. expectat vt a te solo diuinis au=
spiciis cōficiat. Aut tu ille es: aut p̄terea mortalium
nemo: quo duce / quo impatore: christiana plebs:
ex diris & efferatis thurcarū faucibus eripiet: aīo
tuo augustissimo: ad recta tēdēti / & grauissimū bel
lum in Thurcas suscipere instituēti: nō quidē ꝓ im

perii amplitudine: sed ꝑ diuini & christiani cultus ꝓpagatiōe: oīa ꝓspera fœliciterqꝫ succedēt: & sancta desyderia: diuīa pietas comitabit̃ acꝓteget. Fauorabile & gloriosū est apud omnes (p̄sertim germanos ꝓceres) Maximiliani nomē: eo ꝙ maximas res polliceat̃. Tuū est eniti et ingenuā operā dare: vt hāc p̄cipuā inter mortales gloriā cōsequaris: vt etiā quę supra hoīem sunt: tibi soli nō impossibilia credant̃. Cęterū gloriosissime Rex: ne longius quā fas est: tua benigna audiēdi facilitate: & sacri tui numinis reuerētia abuti videamur: vela cōtrahemus / et grandi negocio / breuē finē imponemus: Illustrissimus & sapiētissimus princeps Ludouicus: cū nos legatos / ad Cęsareū maiestatis tue culmē mitteret: admodū sollicitus fuit / ne parū tibi exprimere gratū eius animū sciremus: neue incredibilē deuotionē erga te / & augustā maiestatē: minus quā sit / testatā redderemus. & lęticiā inextimabilē: ac gaudiū incōparabile: nostra oratiōe parū consequeremur. Sed tuę prudentię fuerit: ex paucis multa / & quasi infinita colligere: et potius varia assequi cōiectura: quā ex verbis nostris ꝑcipere. Vtinā eius animū posses lynceis oculis introspicere: ꝑfecto mlto plura quā referant̃ spectares: Agit inprimis deo bonorū oīm largitori: dehinc sublimitati tuę gr̄as quas maxīas potest: cū diuina opa / & tua benignitate / tam desyderatū cōiugiū sit subsecutū. Deinde cū ex tuis regiis legatis: & ipis rerū successibus: plane dilucideqꝫ

perſpexerit: ſummā beníuolētiā & dílectionē: qua erga eū tua ſacra maieſtas affícit: et quā de eo optı mā opinionē conceperit: & ꝙ eius pręcipuo íntuitu regía celſitudo: ad hoc ſacꝝ cōnubiū cōdeſcēderit: ſe ſe omníbus oblígationū nexíbus: erga ſerenitatē tuā deuínctū ꝓfitet̃/ac ꝑpetuo obnoxíū affírmat. Opes itaq͛/facl̃tateſ/copiaſ/víres/ſeip̄m/ac líberoſ cōſtātiſſima fide: ꝓ tuo arbítrio etiā abſoluto: ac ꝓ imperii vſu & íncremēto deuouet ac dedícat. Tuū omne mādatū/omní ęuo īmortalis bn̄fícii loco du cet. Quínímo ad tuū omnē/vl̃ minimū nutū: ſemꝑ erit nō minus re & oꝑe: quā verbís aut ſermōe: aīo celerí/ꝓmpto/ et expedito Ad quācūq͛ tuā expe= ditionē(p̄ſertim ī barbaras & thurcas natōes) idē díuus Ludouicus ſe ſę paratíſſimū exhibet. non tā ex eo ꝙ chriſtianus ſit/et íntellıgat quid chriſtianū prīcipē deceat: quā ꝙ Maximiliani víctrícia ſigna/ fulgēteſq͛ Aquílas/quocūq͛ vertant̃: & ín quēcūq͛ reꝝ euentū: ínſequi ꝓpoſuit. Blancha vero/cōſors tua & Auguſta: vt omnibus admirāda: íta a te Cęſa re quā maxīe amanda: ín te vnū omnes carítatis & affectus habenas relaxauit. A te ſolo pendere ínſti tuit. vt nihil vnq̄m illí graue aut moleſtū futuꝝ ſit/ quod diuina maíeſtas tua ímperauerit. Non mino rem tuę íncolumitatis: quā vitę ꝓprię ratíonē ha/ bitura.

Actū Iſpruck díe. xví. Marcii Anno a natalí chriſtiano. M. CCCC. XCIIII.

In felicem faustamq̧ quartocȝ

Aquilę bicipitis; cū serpente anthropo phagę: Epithalamion Sebastiani Brant.

Armiger o quondā Iouis inclyte: fulmīa qui nam
Suetus eras sęuo ferre trisulca deo. (phęo
Sanguīe phlęgra madet duce te: atq̧ imposta ty=
Inaryme: Enceladū trinacris ora premit.
Te duce Dardanius puer est ablatus ab Ida:
Et datus ad magni pocula lęta Iouis.
Et per te superis victoria maxima parta est:
Creuerit vt tua laus / perpetuumq̧ decus.
Hinc te victrici Romana potentia signo
Suscępit: duce te prelia fausta gerens.
Te Marius primū Consul / legionibus olim
Antetulit: propriam consecrat atq̧ suis.
Militibus fueras stacio gratissima: quippe
Te sine: in hybernis castra habitare negant.
Cęsaribusq̧ frequens Aquilę fuit usus: & omni
Tempore: Vexillis pręfuit illa biceps.
O fœlix Aquila: & pręgrandi digna cothurno:
Cui nec nostra potest esse elegia satis:
Inter aues tibi solus honos: tibi gloria sola:
Te solam inmunem fulmine / scripta ferunt.
Nidus erat quē tu semꝑ alta cacumina montis
Cum struere optabas: tum tibi structa placet.
Ponere et oua iuuat: vetuit cristata volucris:
Ausa tibi tantam contaminare struem.

Nil tibi sed nocuit: nec es inferiora sequutus:
  Quandoquidem Italici sanguinis vxor adest.
Illa pudiciciam: formam / dotem / atq iuuentam
  Fert tibi: et ingenium: virgineumq decus.
Multi illam reges: multi optauere potentes:
  Sed tibi phas soli nubere: habere: fuit.
Te quoq Maxime rex: multę optauere puellę:
  Debita sola fuit: Blancha Maria tibi.
Vt plane affirmem: quoniã deus optimus istam:
  Non aliam voluit: consociam esse tuam.
Omen in est tędis: sunt & sua fata hymenęis:
  Solus & vxorem dat deus ipse bonam.
Cui Mediolani comitis / tibi tradere natam
  Complacuit / q thoro iungere candidulam.
Desijt auspicio quondam tibi debita coniunx:
  Auspicio ducta est Blancha Maria bono.
Dicere leucothoen decuit q̃m / vel Galatheam:
  Digna quidã vt legat hanc pulcher Apollo suã:
Pulchra quidem tota / & candore notabilis ipso:
  Iure igitur dicta est Blancha Maria suo.
Fœlix connubium: & lectum sortita iugalem:
  Quom modo Romano sit copulata duci.
Quę rogo giriuago: statio magis esse colubri
  Grata queat? quę nam tutior vlla quies?
Quã sub pennigero Iouis alite ponere nidum:
  Concipere: et prolem ducere abinde bonam?
Anguibus est varius color: exiciale venenum,
  Omnibus: & virus mortiferumq malum:

Ast aquilę aduentu naturam cędere posse
Credimus: et mitem confieri inde feram.
Anguibus / atq; Aquilę quōdā fuit horrida pugna
Mitior at nunc est pugna iugalis eis.
Oua Aquilę / serpens prius insectatus: at ista
Anguigena: oua sacrę concalefecit aui.
Anguis in excelsum sæpe est abreptus: & ipsos
Ante Aquilę pullos: hostibus esca fuit:
Alte hęc ducta quidē: sed nō lacerāda per hostē:
Sed seruanda domo: sed refouenda sinu.
Multiplicicq; alas Aquilę vt nexu implicat anguis:
Sic modo nostra hęret Blancha Maria viro.
O faustum / superisq; placens / astrisq; notatum
Connubiū: tali sis quia nuptus herę.
Nescio quid certe / mihi mens pręsaga futuri
Augurat: ex tali surgere posse thoro.
Quicquid erit: rata sit spes q̄m cōcepimus: o rex
Maxime: te viuo quę mihi semper erit.
Vtq; iterū / atq; iterū repetā: Rex maxime: Thurci
Sis memor: expectant secula nostra diem.
More tui generis: rapta testudine ab alto
Deiice: frange hostem: cōminuasq; trucem.
Ante tamen coniunx de te grauis: impleat aluum:
Et faueat votis Ilithyia suis.
Quippe feret leuius sic sic te forsan abesse:
Cum teneat secum pignus amantis heri.
Iamq; Vale: valeatq; velim tua candida coniunx.
Quę pulchra faciat te / rogo / prole patrem.

Peroratio

Hactenus laudes Aquilę sonoras
Concinens: pręter nihil vsq; misi:
Quod suam posset celebrare famam:
Facta/decusq;.
Vt suis rebus modo gratulatus
Prosperis: nuper quoq; sic gemebam
Sæpe in aduersis: miseranda regi
Carmina ludens.
Esse nec saltem potui quietus:
Nuper: vt fębris mea membra torsit:
Quin libens regem canerem sacratum
Maxmilianum.
At quia nec cygnus: nec sum formosa columba:
Alite ab excelso spernor vbiq; Iouis.
Quicquid id est. q̃muis mea me fortuna beatum
Non fecit: modo ne fecerit illa nihil.

Basilę Kalendis decembribus
Anno Nonagesimotercio.

Distichum Iacobi Vymphe. Sletstatini
in Blancham Mariam Ro. Reginam

Diua Maria polum materno iure gubernat:
Tu cum rege pio Blancha Maria solum.